

rum, hoc est contractum fuisse pignoris, aut mutui; an verò tria simul concurrere debeant, pactum de retrovendendo, modicitas pretii, & quòd emptor solitus sit fenerari? Et in primis, quòd duo sufficiant ad arguendum contractum feneratitium, p. d. de retrovendendo, & modicitas pretii, voluit Glossa in cap. conquestus de usu-
 42 riu, & sequuti sunt infiniti Authores, quos summam referam, quia præcitantur ab aliis, Panormitanus ibid. & in d. cap. ad nostram de empt. & vendit. num. 4. & in conf. 76. lib. I. Innocentius, Joannes Andreas, Anton. Butrius, Joan. de Anania, & Joannes Imolens. in eodem cap. ad nostram, Ambrosius de Vignate in cap. salubriter de usuris, & ibid. Andreas Siculus, & in conf. 51. lib. I. Archidiaconus, Hostiensis, Albericus, Antonius Rosellus, Joan. de Castello Episcopus Vincentinus, Signorolus Benedicti, de Plumbi, Fulgosius, Bernard Gofiedus, Speculator, & Thadæus de Vicomercato, Prosdocius de Comitibus, Joan. Franc. de capitibus listæ, Henricus de Alauio, Alex. Castrensis, & Bened. quos omnes cumulat Veronen. in tract. de simulat. Contractuum in 6. casu, addens collegium Mediolanense, pariter & Papiense sic consultiisse, & Alber. se coram magnis peritis sic obtinuisse. Christophor. ex text. in d. cap. ad nostram tractat. maleficiorum Bonifacii Vitalini, Alex. ipse addens Bald. & Panor. sic tenuisse, Barbatia, Abbas, Anton Burg. Angelus, Roman. Guido Papæ, Bald. Novel-
 43 lus, Jacob de Puteo, Lancel. Decius, Mandof. Gratus, Cassiod. Afflict. Corn. Bertran. Bart. de Capua, Thom. Ferrat. Paris. Ambros. Vignat. Calcan. Dominicus de Sanct. Geminiado, Joan. de Averaria, Cotta, Joan. Bapt. Lupus, Jacob a sancto Georgio, Grammaticus, Cravetta, Capra, Chaffan. Natta, Socin. jun. Riminaldus senior, Michæl Grassus, Vivius, Emanuel Suarez, Card. Albanus, & moderni Galli, quos omnes in unum recensui, & hanc partem constanter defendit Hyppolit. Riminald. in conf. 218. ex num. 122. usque ad num. 147. libro 2. & ante ipsum, majorem partem prædictorum Authorum concessit Cagnolus in l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem num. 50. qui dicit, quòd majori studio quam antea chartis revoluit, enumeratisque, & ponderatis Doctoribus invicem contrariantibus, hanc opinionem magis communem esse, fatendum est, ut etiam fatetur, & amplectendam tanquam magis salu-
 44 tiferam animæ dicit Rolandus in consilio 40. nu. 13. & num. 21. & 24. & in consilio 96. num. 19. & 20. libro 2. Cæsar Ursillus ad Afflictum decisio. 65. Benevenutus Stracha in additione ad Cravetam, in consilio 156. Philippus Decius in consilio 692. Antonius Gomezus tomo 2. variarum. c. 2. num. 27. Alvarus Valasco consultatione 70. num. 6. ubi dicit hanc opinionem approbatam constitutione Regia Portugallie, quæ etiam quando venditio fit justo pretio, iudicat contractum esse usurarium, si homo est solitus fenerari. Franciscus Becius in consilio 52. num. 47. Ludovicus Bologninus ad Ananiam in consilio 58. Gerardus Luppus, & alii, quos adducit Mascardus de probationibus, tomo 1. conclusio 447. n. 30. secundo 3. & 4. qui tamen in hac opinione firmiter non insistent, sed intelligit declarandum, ut ibidem declaravit num. 7. Verum receptissimam esse sententiam cum aliis multis dixit Menochius lib. 3. præsumptione 122. num. 3. quamvis ipse aliter sentiat, ut dicitur infra, Joannes Corraffius Micellan. juris civilis libro 3. cap. 9. num. 8. qui magis in hanc opinionem inclinatur: quam etiam crebrius sequuti sunt Cameræ Imperialis Assessores, veluti securiorem, & communiorem, ut firmiter Minsingerus singularium observationum, centuria 3. observatione 62. quamvis ipse Didaci Covarr. sententiam sequutus, Doctorum contrarietatem componendam esse arbitratus fuerit, ut infra dicitur: & crebriorem opinionem appellat Achilles Pedrocha in consilio 36. num. 82. magis communem, ac receptam Bonifacius Rogerius in conf. 53. n. 12. libro 1. Aristimus Tepatus variar. lib. 2. folio 124. Videamus nunc, quæ sint præcipua hujus sententiæ
 45 fundamenta: & quidem Thomas Ferrarius in cautela 17. nonnulla adducit, quæ Doctores alii ante eum tra-

diderant: unum Covarr. variar. resolutionum, lib. 3. cap. 8. num. 4. tria Cagnolus in d. l. 2. C. de pact. inter emptorem & venditorem num. 50. in versic. fundatus principaliter: unum Roland. in conf. 40. num. 22. lib. 2. duo Hippolyt. Riminald. in conf. 218. num. 138. & seg. lib. 2. unum Cald Pereira in l. si curatorem habens, verb. sua facilitate, n. 60. duo D. Felicianus de Solis de censib. lib. 1. c. 6. n. 13. in vers. pro qua opinione unum dumtaxat fundamentum expedit And. Fachin. controu. jur. lib. 2. c. 12. in vers. fundament. hujus sententiæ, fol. 151. idque deducit ex text. in d. c. ad nostram, de empt. & vendit. In effectu autè ad sequentia debent eorum omnium fundamenta reduci. Primum deducitur ex text. in d. cap. illo vos, de pignori-
 46 bus, prout eum communiter expendunt Doctores: sed vereor quidem ne decipiantur, quoniam quæstio prædicta procedit in contractu emptionis cum pacto de retrovendendo, data modicitate pretii, termini autem illius textus penitus sunt diversi, atque in eo plura alia concurrerant, ut mox dicitur, & cum iudicio advertunt Cagnolus in d. l. 2. n. 52. in fine. Covarru. variar. resol. lib. 3. p. 9. n. 2. & 3. Tiber. Decianus in conf. 2. n. 177. l. 1. Secundum deducitur ex text. in d. cap. ad nostram, de empt. & vendit. illum hoc modo inducendo, nam textus inquit, re vera contractum fuisse feneratitium, quod inquit patere ex eo, quòd si factum fuit pactum de retrovendendo cum modicitate pretii, quæ vix dimidiam justi pretii tangebatur, & consequenter Romanus Pontifex in his dumtaxat qualitatibus videtur se fundare, & non in aliis, ut Antonius Burgos contendit in eodem cap. ad nostram. num. 47. & illum sequutus Hyp-
 47 pol. Riminald. in conf. 218. n. 142. & 143. lib. 2. nec videtur ab eis dissentire Menochius lib. 3. præsumpt. 122. n. 138. & 139. verè tamen ille text. retorqueri debet in contrariam partem; tum quia in eo ultra prædictas duas conjecturas, erant & aliæ, quæ non leviter movebant animum Romani Pontificis, imò præ oculis ejus maxima in consideratione habebantur, ut post Cæpolam tradiderunt Cagnolus in d. l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. n. 52. in vers. non obstat, Covarr. variar. l. 3. d. cap. 8. n. 4. Caldas in d. l. si curatorem habens, verbo, sua facilitate, n. 60. Decianus d. conf. 2. num. 132. & 133. & 234. & n. 176. & 177. lib. 2. & nullo ex his relato, D. Felicianus de Solis de censibus, lib. 1. cap. 6. n. 13. in fine. Tum etiam, quia pactum de retrovendendo erat conceptum, ut ante septennium venditor non posset redimere, sed à septennio usque ad novennium, ut dicitur in illo textu: ex quo pacto clarè apparebat quòd emptor volebat esse certus de lucro sive pecunie ex perceptione fructuum per dictum septennium, & quia pretium solum vix dimidiam justi pretii continebat, erat etiam certus emptor quòd si venditor non redimeret à septennio usque ad novennium, ipse lucrabatur residuum valoris; ex quibus oritur ibi præsumptio contractus feneratitii, atque ita non potest rextus ille ita simpliciter, aut indistinctè allegari in favorem sententiæ prædictæ, ut optimè advertit Joannes Vincentius Hondedeus in conf. 33. n. 40. lib. 2. Nec valet dicere, quòd Romanus Pontifex in eo textu, se non fundaverit in petitione mutui, nequid aliis qualitatibus, sed dumtaxat in his duabus, quibus prædictæ sententiæ sequaces movètur: id enim & repugnat verbis Decretalis illius, & appertè convincitur per Beron. ibid. n. 26. in vers. qua inducitur, ut statim dicitur.
 48 Tertium fundamentum consistit in hoc, quòd ita tenendum sit propter auctoritatem Gkassarum, & Collegiorum, de quibus supra, quæ magna est, ut probat Riminaldus dicto conf. 218. ex num. 139. lib. 2. Cæterum facile respondetur rationi huic, fatendo, Glossæ, & Collegiorum auctoritatem magnam esse, & probabilem, non autem necessariam, nec coactè sequendam; maxime ubi in contrarium & jura extant, & rationes fortissimæ, ac etiam gravissimorum, multorumque Virorum Auctoritates, ut statim videbimus.
 49 Quartum denique fundamentum eò tendit, quòd in proposito casu non sit vera venditio, sed Mutuum sub dictis

dictis contractibus palliatum, sive quòd de illo contractu iudicari debeat ut de pignore, cui magis adaptari videtur; quoniam pignus datur pro minori quantitate, quam valeat; ut per Doctores in cap. significante, de pignori-
 50 bus, & restitutio pretii illud redimere licet, l. si rem alienam, § omnis, ff. de pignoratitia actione: ideo non debet attendi figura contractus, sed quòd verè partes inter se agere voluerint, & ita argumentatur Rolandus in conf. 40. n. 22. lib. 2. Sed responderetur, rationem prædictam militare, quando constare potest sub contractu emptionis & venditionis Mutuum palliatum intervenisse, ac in fraudem usurarum, contrahentes emptionem & venditionem simulasse; tunc enim potius attendi debet, quòd verè actum est, quam id, quòd simulatè conceptum fuit. Cæterum ex pacto de retrovendendo, nulla fraus, nulla usura deprehendi valet, cum id validè & lege ipsa approbante contractui emptionis adiciatur ut supra dixi, & in terminis adnotavit Joannes Vincentius Hondedeus in conf. 33. nu. 64. & 65. lib. 2. nec etiam ex modicitate pretii, quæ à lege non improbat, nec arguit contractum feneratitium etiam aliis concurrentibus, nisi quando illud est valde tenuè respectu valoris rei, aut cum aliæ conjecturæ concurrunt, ut per Abbatem in d. c. ad nostram, in secundo casu, Gratum in consil. 157. n. 5. lib. 2. Jasonem in conf. 151. num. 2. in fine, lib. 4. & dicemus infra in quarta opinione. Unde ex prædictis duobus non debet suspicio usuræ deduci, nisi alia concurrant, ex quibus fraus arguatur. Et per hæc habebis responsum ad alia similia fundamenta, quæ Authores hujus partis ponderarunt communiter: ut sic appareat nihil pro illa adduci, quòd verè urgeat, aut quòd non sit dissolutum, nec fuisse antea disceptationem hanc ab ullo Recentiorum sic digestam, aut diminutam videbis.
 51 Unde succedit secunda opinio; quòd imò hæc duo pactum scilicet de retrovendendo, & modicitas, aut injustitia pretii non sufficiant ad arguendum contractum feneratitium, nisi & tertium accedat, nempe quòd emptor solitus sit fenerari, vel alia conjectura, aut circumstantia interveniat: quam opinionem tenuerunt Antiqui nonnulli cum quibus sic consultiisse dicit Beron. in d. c. ad nostram, de emptione & venditione, num. 26. ad mediu, Jacobus de Arena, Cinnus, Joannes Andreas, Ancharanus, Cardinalis Zabarella, Baldus, Albericus, Salicetus, Fulgosius, Castrensis, Angelus, Comensis, Romanus, Abbas, Anania, Butrius, Cardinalis Florentinus, Rodolphus, Laurentius de Pinis, Alexander, Cæpola, Corneus, Angelus, Acetinus, Calcanæus, Guido Papæ, Fabianus de Monte, Hostiensis, Socin. senior, Bertran. Decius, Afflictus, Ferrarius, Beronius, Socinus junior, Paris. & Ruinas, quos longa serie referunt, & sequuntur, & hanc opinionem veriorè dicunt Tiraquellus de retractu conventionali in præfatione num. 5. Cagnolus in l. 2. C. de pactis inter emptorem & venditorem, n. 50. ad finem, Natta, Comadus, Antonius ab Alexandro, Jaloni, Crotos, Neviz, Olascus, Rolandus, Paucirolo, Cellamera, Mansuerius, Jacobus Novellus, & alii multi, quos concesserunt Hyppolit. Riminald. in conf. 218. ex num. 108. usque ad num. 116. lib. 2. qui contra defendit ex num. 122. ut supra dixi; Menochius in conf. 358. n. 1. lib. 4. qui hanc opinionem receptiorem, & veriorè dicit, & num. 2. profertur in similibus verbis, quòd si diligenter Authores omnes enumerentur, hæc est magis recepta opinio, & aperte videtur sequi hanc partem Menochius ipse de arbitrariis, lib. 2. centuria 3. casu 217. n. 3. ut agnoscat lib. 3. præsumptione 122. n. 3. ibi: Et hanc visam sicut sequi, Cumanus in conf. 184. Goz d. nus in dict. l. 2. C. de pactis inter empt. & vendit. n. 30. Joannes Cephalus in consil. 289. num. 36. lib. 2. & in conf. 496. num. 48. lib. 4. late Berreta in consil. 114. Tiberius Decianus in consil. 2. ex n. 15. & num. 176. lib. 1. quamvis contra tenuerit sibi metipso contrarius in consil. 104. nu. 13. lib. 2. Rolandus sibi contrarius in consil. 96. num. Joan. del Castillo Quorid. Controu. Juris, Tom. II.

19. & sequentibus lib. 2. & in consil. 58. num. 10. & sequentibus lib. 4. Senatus Pedemontanus teste Olisc. decisione 41. & 42. Caldas Pereira in l. si curatorem habens, verbo, sua facilitate num. 6. Calcanæus in conf. 85. Mascardus de probationibus tomo 1. conclusio 447. num. 1. & 9. ubi modificat, & declarat eam, Franciscus Bursatus in consilio 153. n. 33. & 34. lib. 2. & in consilio 117. n. 12. lib. 1. Ant. Galeat Malvassia in consilio 106. n. 18. & in consilio 107. n. 1. & segg. Joan. Vincent. de Anania alleg. 83. n. 3. qui dicit hanc esse veriorè, & magis communem opinionem, & quòd plures numero, & pondere, ac nomine celebriores amplectuntur eam, Gamma in decisione 138. numero 1. qui dicit de jure communi tria intervenire debere, quæ superius retulimus, duo solum de jure regni Portugallie, & additionator ejus ibidem, in hanc partem magis inclinatur, nec contrariam probat, nisi parvas pretii fit notabiliter exigua, quando venditor non est solitus fenerari, si minus quòd debent alia indicia concurrere; huic etiam sententiæ videtur magis accedere Borginicus Calcanæus decisione 1. ex n. 7. usque ad numerum 16. parte 2. Hyppolit. Bonafcos, Cost. Joanner, & alii, quos adducit Vincentius Carocius de locato, & conducto, titulo de usuris, questione 11. n. 4. & num. 6. ubi expressim videtur hanc probare opinionem, eamque magis communiter probatam testatur Joannes Vincentius Hondedeus in consilio 31. n. 68. libro 1. & in consilio 33. num. 66. libro 2. Alexand. Raudensis de analogis lib. 1. cap. 30. num. 255. & magis veram inquit Hieronymus de Cævallos, qui præfatos Authores non vidit, præfatarum commun. quest. 224. in fine; adduxit autem pro secunda hac opinione, fundamenta septem Cæpola de simulatione contractuum, ex num. 102. quæ retulit Menochius libro 3. dicta præsumptione 122. ex num. 33. usque ad n. 40. & in effectu ad ea reducuntur rationes Cagnol. in d. libro 2. C. de pactis inter empt. & vendit. num. 51. & 52. in principio. Hyppolit. Riminald. in consilio 218. ex num. 115. cum sequentibus, libro 2. Antonii Galeati Malvassie in consilio 106. & principio, usque ad numer. 7. & in consilio 107. ex num. 1. usque ad rum. 7. Joannis Vincenti Hondedei in consilio 33. ex num. 22. libro 2. Quæ omnes in id principaliter tendunt, quòd contractus in dubio verus, & non fictus iudicandus sit & talis, qualem ejus prima facies ostendit, & quòd in dubio standum est instrumento, nec in dubio præsumendum est, quòd contractus sit simulatus, illicitus, aut usurarius, manifestè evincatur, & quòd contraria opinio nullo jure probatur, quoniam Canones, qui ad hoc allegantur, nempe c. ad nostram, de empt. & vendit. & c. illo vos, de pignori-
 52 bus, id non probant ut superius dixi, & statim probabitur; pro hac vero velut expressa sunt jura, ac etiam fortissima fundamenta, ut statim dicitur, & his rationibus quamvis respondere conetur Menochius; & in effectu respondeat libro 3. d. præsumptione 122. n. 33. usque ad nu. 38. & ibidem tacuerit Rolandus in consilio 40. libro 2. ubi ex nu. 38. usque ad n. 44. eodem modo, quo Menochius, respondet, & adducit eas ibidem ex num. 1. cum sequentibus; tamen solutiones illius, præfate sententiæ non obsunt, propterea quòd libenter fatetur, verum esse, quòd dicit Menochius ipse, & ante illum Rolandus ubi supra num. 38. nempe prædicta procedere, quando in contrarium non extant conjecturæ contrariæ, aut quando aliter non constat de simulatione, aut usura, vel cum obijcitur contra instrumentum de fraude, aut de senore, negamus tamen in specie propòsita extare conjecturas contrarias; quæ sufficiant, aut de simulatione legitime constare, sive contra instrumentum validè obijci, nisi ultra modicitatem pretii, & pactum de retrovendendo, aliæ conjecturæ concurrant, quæ simulationem, aut fraudis suspicionem inducant, nec ex capite procedit præfata solutio, sive non est auctoritate destituta; in primis enim probatur ex sententiæ communi relata supra, ex num. 50. quæ intrepidè affirmat, quòd modicitas pretii cum
 53 pact

pacto de retrovendo non sufficiat, Deinde, quia contraria opinio relata *supra* ex num. 42. cum sequentibus, nullo jure fulcitur, nec etiam valido argumento ut ibidem dixi, quicquid aliter, sed male quidem contendat Menochius. Præterea, quia negari non potest, quin pactum de retrovendo de se prohibitum non sit, imò approbatum à lege, ut *superius* ostendi; emptio item pro minori pretio quam res valeat, non improbat, l. in causa, §. idem Pomponius, ff. de minoribus, l. 2. C. de rescindenda venditione, c. cum dilecti, §. cap. cum causa, de empt. §. vendit. Ergo ex duobus licitis non potest nasci nisi licitum, ut ait Philosophus, & rectè in proposito advertit Cagnolus in dict. l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, num. 52. in versiculo, Tertio quia pactum, & eo non relato, Doctor Felicianus de Solis tractatu de censibus, lib. 1. cap. 6. n. 13. ante finem, eo præcipue, quòd feneratorum etiam probos ac jure permittos contractus aliquando faciunt, ut cum aliis notavit Andreas Fachineus controversiarum juris, lib. 2. c. 12. ante finem, versiculo, Quarta est sententia.

54 Sunt etiam ultra fundamenta prædicta adducta *supra* n. 51. & 52. duo jura de jure Canonico, quæ fortissimè urgent in primis text. in c. ad nostram, de emptione & vendit. ubi ad arguendum contractum feneratorium, non modò tres, sed etiam quinque conjecturæ, aut præsumptiones concurrebant simul. Primò, quia venditor requisierat emptorem de mutuo, illeque mutuum à venditore petivum negavit, & ex ea causa coactus fuit venditor urgente inopia, & sic apparebat animus recipiendi mutuo, non vendendi. Item & secundò, quia asseritur, quod re vera contractus fuit simulatus, & quòd in veritate contractus usurarius agebatur. Item & tertio, domos, & olivas venditas fuisse ab eo modico pretio, quod vix dimidiam justæ æstimationis tangebatur, & apposita pactione pacti retrovendendi. Item & quartò, quia pactum de retrovendendo erat conceptum, ut ante septennium venditor non posset redimere, sed à septennio usque ad novennium, ut dicitur in illo textu: ex quo pacto maxima suspicio oriebatur, quòd emptor ipse in quemcumque eventum, volebat esse certus de lucro suæ pecuniæ ex perceptione fructuum per dictum septennium, sic ut ultra fortem omninò habiturus esset præcipuos septem annorum fructus; erat etiam certus emptor quòd si venditor non redimeret à septennio usque ad novennium, ipse lucrabatur residuum valoris, ut inquit Joan. Vincent. Honded. referendus statim, & consequenter, ut solus Decianus animadvertit, quem illic referam, pactum illud dupliciter restringebat potestatem redimendi. Primò quia venditor ante septennium non poterat redimere, Secundò, quòd similiter post novennium numquam poterat redimere; adeò quòd facultas redimendi erat tantum per biennium post transactos septem annos. Denique & quintò, quia ibi dictum fuerat, quòd si venditor pretium reddidisset, aut obtulisset, res vendita illi restitueretur; quòd verbum restitueret, non significat venditionem, sed potius mutuum, vel pignus, cujus ea est natura, ut sine nova conventionè oblato pretio res pignoratà debitori restituitur, l. si rem, §. omnis, ff. de pignoratitia actione. Quocirca cum Romanus Pontifex dixerit, quòd contractus ille præsumitur feneratorius ex conjecturis relatis: sequitur necessariò dicendum, quòd saltem ibi concurrebant tres conjecturæ, nempe pretium modicum, pactum de retrovendendo, & quòd emptor non teneretur retrovendere elapso termino, & ita expendunt illum text. sic intelligentes eum Authores sequentes, Joannes Corrafius *Miscellan. juris civilis, lib. 3. cap. 9. num. 2.* qui non ita explicitè superiores conjecturas enumerat. Cagnolus in d. l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. n. 52. in versiculo. non obstant. Didacus Covarruvias *variæ. resolut. lib. 3. c. 8. n. 4. in versic. Sed si exactius pensitemus*, ubi quatuor illas conjecturas eleganter consideravit, suppresso tamen Cæpolæ nomine, qui

antè sic adnotaverat, ut dicit Menochius, & eadem quatuor conjecturas refert lib. 3. de præsumptione 122. num. 38. & 39. Tiberius Decianus in cons. 2. num. 132. in fine, & num. 133. & 134. & num. 177. lib. 2. qui exactè magisquam cæteri, præfatas conjecturas enumeravit. Et quamvis Menochius *ubi supra, num. 39.* eum arguerit, quòd dixerit se advertere ad unum, ad quod neminem legit advertisse, verè tamen argui non debet, propterea quòd Decianus ipse non dixit, ad tertiam illam, aut quartam conjecturam neminem advertisse, sed aliud diversum, ad quod revera nullus advertit, nempe quòd pactum illud dupliciter restringebat potestatem redimendi; prout *supra* retuli. Quatuor etiam conjecturas præfatas recensuit Cald. Pereira in l. si curatorem habens, verbo, sua facilitate, num. 60. D. Felicianus de Solis tractatu de censibus, lib. 1. cap. 6. n. 13. ad finem, qui nullum ex prædictis refert, nec ita enumerat superiores conjecturas. Joannes Vincent. Honded. in consil. 33. num. 40. lib. 2. Ludovicus Molina è Societate JESU Religiosus de justitia & jure, tractatu 2. disputat 375. colu. 6. in versic. quamvis autem major, folio 789. qui quatuor easdem conjecturas adduxit, & Covarruvias retulit.

Verùm enim verò Authores nonnulli, & nomine quidem, & rei veritate gravissimi, ut prædictæ Decretalis vimeffugiant, non dubitarunt asserere, text. in d. c. ad nostram, potius opinionem primam relata *supra* ex num. 42. quam secundam hanc probare, contententes, quòd licet Kallegaverit ab initio mutuum petivisse, postea tamen quando dixit contractum esse feneratorium, nixus est dumtaxat in pacto de retrovendendo, & in pretii modicitate: & expendunt verba illa, Quod patet ex eo quòd creditor debitori promisit, quòd quocumque à septennio usque ad novennium daret sexaginta uncias Tarimorum, quæ vix dimidiam justæ pretii continebant, domos restitueret, & olivas: Summusque Pontifex audito calu mandat, quatenus si res ita se habet, domos & olivas restitui, non obstantè instrumento venditionis in fraudem Canonis adversus usurarios promulgati confecto. Nec se fundat in aliis circumstantiis, sed in duabus dumtaxat, nempe in pacto de retrovendendo, & in modicitate pretii; aliæ enim circumstantiæ licet fuerint allegatæ, & propositæ, non tamen fuerunt probatæ, & sic in consideratione esse non debent: Quo modo intelligunt illum text. Authores moderni, ut refert Berous, in eodem c. ad nostram, num. 26. in princip. & tuetur ibidem Antonius Burg. num. 47. Hyppol. Riminald. in consil. 218. num. 142. lib. 2. & refert Cagnol. in d. l. 2. C. de pactis inter emptor & vendit. numero 52. in versiculo sed est, in principio, qui etiam dicit, non obstat, quòd text. ille dixerit, quòd emptor non tenebatur retrovendere nisi post septennium usque ad novennium, & quòd sic videatur etiam in eo se fundare Romanus Pontifex: quia respondet, id nihil evincere, propterea quòd existimant ipsi, differentiam non esse, an de septennio conventum non esset, sed de anno, aut de mense, vel etiam simpliciter, quia semper emptor dicitur habere spem lucrandi aliquid ultra fortem; & sic nihil interesse, an fuerit factum pactum, prout factum fuisse dicitur in illo textu quocumque apparet expressè, emptorem ipsum pro certo voluisse fructus illorum annorum lucrari: an verò pactum sit adjectum revendendi simpliciter aut infra certum tempus ad libitum venditoris, quia tunc licet non adsit dicta spes certa, & indubitata; tamen, adest saltem spes de lucrando interim fructus aliquos temporis alicujus incerti: quòd incertum ab usura non excusat, per text. in c. consilium de usuris, ibi: Nihil inde sperantes: & notatur in c. finali, de simonia, & in hoc constanter insistent Antonius Burgos in d. c. ad nostram, num. 47. & Riminald. in d. consil. 218. num. 143. Nec satisfaciunt Recentiores, ut videre licet penes omnes usque ad presentem diem Scribentes.

Ego tamen longe verius crediderim, observanda esse in proposito nonnulla: in primis sustineri non posse, quòd

quòd præfati Authores dicunt, nempe, quòd Romanus Pontifex non se fundaverit in qualitate petitionis mutui; nam imò se in illa fundavit ut *superius* dixi, tum: quia in d. c. ad nostram, à principio, usque ad versiculum, quia igitur, proponitur, & narratur factum, atque allegantur ea, quæ adducebantur ad arguendum contractum feneratorium; narratur enim petivum fuisse mutuum, item creditorem voluisse emere cum pacto de retrovendendo post certum tempus, & usque ad certum tempus, & emptionem factam fuisse modico adeo pretio, quòd vix dimidiam justæ æstimationis continebat, & dum dicitur in textu. Quod patet ex eo &c. hæc sunt verba narrativa Papæ, qui inde in versiculo, Quia igitur, dispositivè loquendo inquit, quòd si res ita se habeat, hoc est, quomodo fuit narratum; & sic omnia completur, res sunt restituendæ, &c.

Præterea, ut melius quidem, atque subtiliter agnovit Berous in eodem c. ad nostram, n. 26. in versic. quæ inducitur & declaratio, cum ex inspectione instrumenti, de cujus tenore notitiam habuit Romanus Pontifex, constaret ipsi de venditione facta pro modico pretio, & de pacto de retrovendendo post certum tempus: necessario sequitur, quòd verba illa, Si res ita se habet, referenda sunt ad id, quòd fuit propositum de petitione mutui facta, quæ ex instrumento constare non poterat: & consequenter Romanus Pontifex ita se fundasse in illa qualitate petitionis mutui, sicut in aliis, Nec posset negari, quin etiam in alio se fundaverit, scilicet quòd pactum de retrovendendo sic fuisse conceptum, ut quocumque à septennio usque ad novennium, & c. & consequenter, superiores Authores malè constituisse, non esse differentiam in terminis nostris, an fuerit factum pactum de retrovendendo post certum tempus restrictivè, ut in d. c. ad nostram: an vero simpliciter, vel usque ad certum tempus quocumque venditori placuerit: Rectius probarunt contrarium Authores omnes relati *supra* num. 54. & 55. imò Riminaldus ipse, qui secutus est præfatum in unctionem contra Communionem, ut dixi coacta ratione adstrictus est fateri in eodem consilio 218. num. 146. lib. 2. negari nisi malignè, ac proterve non posse, quòd pactum sic appositum, ut non liceat nisi post aliquod tempus redimere; facilius, citiusque faciat præsumi contractum usurarium, quam si simpliciter esset appositum sine expectatione alterius temporis.

Denique falsum esse, quòd ad præsumendum contractum usurarium sufficiat simplex pactum de retrovendendo, ea ratione, quòd emptor emens cum hujusmodi pacto, dicatur habuisse spem, & intentionem aliquid saltem incertum interim lucrandi, & succedat ratio text. in d. cap. consilium, de usuris: Quia respondet Berous (ad quem Recentiores non advertunt) in dict. cap. nostram nu. 26. in 2. columna. in versic. præterea, quòd ut committatur usura ex hac spe, vel intentione, requiritur quòd illa spes & intentio sit certa, & firma, saltem verisimiliter, ut est text. clarus in cap. in civitate, d. cap. consilium, & cap. naviganti, de usuris. Deinde; quòd intentio, aut spes illa non sit conformis dispositioni juris, imò contra prohibitionem legis: at is, qui emit cum pacto de retrovendendo, quamvis habeat intentionem interim lucrandi aliquid ex re emptæ; ob hoc tamen non debet dici usuram committere, quia hæc sua intentio conformis est dispositioni juris communis, ut in l. 2. C. de pactis inter emptor & vendit. Item conformis æquitati naturali, quæ est, ut is, qui sentit incommodum, & commodum; nam is, qui emit cum pacto de retrovendendo, tenetur interim de periculo rei: ergo naturale & æquum est, ut commodum sentiat lucrando fructus; & possit habere hanc intentionem, & spem, dummodo aliæ conjecturæ non concurrant. Et per hæc habes responsum ad prædictas duas difficultates Neotericorum contra communem intellectum dicti cap. ad nostram. Quòd etiam videtur assertum quovis potissimè (sed Berous non refert, nec ita exa-

ctè declarat) Andreas Fachineus *controvers. juris, lib. 2. cap. 12. circa finem, fol. 152. in versic. si replicetur*: ubi proposita difficultate prima, de qua *supra*, quòd etiam ubi sit pactum de retrovendendo simpliciter, ut venditori liceat quocumque redimere, apparet emptorem animum lucrandi aliquid ultra fortem habuisse, respondet in hunc modum: Respondetur, non tam certum & magnum lucrum hoc in casu emptorem facere potuisse, sicut in ea specie, quando scilicet ante septennium redimere non licet.

Sed adhuc obstat solutio, aut consideratio Menochii lib. 3. de præsumptione 122. n. 39. is enim accedens magis Anton. Burg. & aliorum Neotericorum sententiæ, aut interpretationi, in primis constituit *ibid. n. 37. in fine, text. in d. cap. ad nostram*, nihil urgere pro opinione prædicta; & tandem d. n. 39. dicit responderi facile posse ad eum text. Pontificem Maximum non negare in illo loco, quin duæ conjecturæ satis fuissent ad detegendum contractum feneratorium; etsi enim ob tres, vel etiam quatuor conjecturas, quæ ibi concurrebant, contractus ille fuerit à Pontifice habitus usurarius, non tamen inde sequitur, quin aliæ conjecturæ satis fuissent, quia hoc non negavit Summus Pontifex. Huic tamen considerationi, cui nullus Scribentium omnium hæcenus satisfecit, responderi potest; constituendo, concedi posse pro vero, Romanum Pontificem in eo textu id non negasse, nec etiam declarasse, an duæ illæ conjecturæ, pactum inquam de retrovendendo, & modicitas pretii sufficerent, ut statim dicam; tamen ex quo nullo jure probatur, quòd duæ prædictæ conjecturæ sufficiant ad arguendum contractum feneratorium, & in dict. cap. illo vos, ubi tantum sunt jura in proposito, invenimus Pontificem ex pluribus conjecturis, quæ ibi concurrebant, motum fuisse, non ex duabus tantum, ut *supra* præbatur est, validius resultare argumentum pro hac sententia secunda contra primam relata *supra*, n. 42. ut ex pluribus moveri debeamus conjecturis, sicut Romanus Pontifex movebatur ibidem, non ex duabus tantum, maxime ob rationem, quam *superius* adduximus, quòd ex duobus quorum unumquodque licitum est, non debet illicitum deduci, nisi aliis circumstantiis intervenientibus, nec ita de facili præsumendum est contractus feneratorius, aut injustus, juxta ea, quæ adnotavi *supra* in initio hujus capituli, n. primo, & 152.

Ex quibus etiam, & noviter quidem, diluitur consideratio alia Hyppol. Riminaldus in consil. 218. n. 144. lib. 2. ubi dicit, quòd in dict. cap. ad nostram, de empt. & vendit. deciditur casus patens & clarus, ut constat ex versic. quod patet ex eo, ex quo deducitur, Romanum Pontificem habuisse casum illum pro claro, & indubitabili, & ex versu finali, ubi mandat domos illas, & olivas restitui, appellatione remota; quæ clausula denotat rem claram, quoniam in re dubia deferendum esset appellationi, ut cum Speculatore, Baldo, & aliis probavit Riminaldus ipse. Cui egregiè, & verè responderi potest (tamen nullus hucusque respondeat) Pontificem Maximum pro claro, & indubitabili habuisse casum illum, domosque & olivas appellatione remota restitui mandasse, quoniam tot conjecturæ, & præsumptiones concurrebant simul, ut nullo modo dubitari posset, quin revera contractus usurarius fuisset gestus, nec fraus, aut dolus usurario patrocinari deberet; non tamen ex eo solum, quòd pactum de retrovendendo, & modicitas pretii intervenissent, ut malè assererat ipsemet Author; contrarium namque aperte percipitur ex his, quæ cum Berou, & aliis *superius* tradidimus & hæcenus de text. in d. cap. ad nostram, de empt. & vendit. ex quo præcipue fundatur sententia prædicta, fundatur etiam ex text. in dict. cap. illo vos de pignoribus, pro cujus explicatione quatuor casus distinguit Berous in d. cap. ad nostram, numero 26. ad finem, in vers. advert. est, & numero 27. 28. & 29. & Berou nulla mentione facta, eosdem casus adduxit Doctor Felician. de solis tract. de censibus, libro 1. cap. 6. num.